

tem vt et si non potuero cuncta dicere ex quibus
omnis error hereticus possit agnosci et
agnitus quinci valeat vel vitari tamen in no
mine atq; adiutorio sancte trinitatis q vn?
solus verus et bonus est deus ea dicam in qui
bus saltem magna ex parte rationem catholi
ce fidei ostet sine aliqua erroris caligine cōti
neri quibus retentis poteris etiam illa depre
hendere atq; fugere que et si in hoc opere nō
videntur speciali disputatione quinci tamen
ex hīs que hic generaliter atq; absolute po
nentur appareant illa que infideles homines
auarbo volunt susurrare fidelium non regula
diuine veritatis tradita sed nequicia humani
erroris inuenta

Quāq; igit loco fueris constitut? quia
secūdum regulam nostri saluatoris im
perio promulgatam nosce te in vno no
mine patris et filij et spiritus sancti baptis
tum principaliter atq; idubitanter toto corde
retine patrem deum et filium deum et spiritū
sanctum deum idest sanctam atq; ineffabile
trinitatem vnum esse naturaliter deum De
quo in deuteronio dicitur Audi israhel do
minus deus tuus deus vnus est et dominum
deum tuum adorabis et illi soli seruias Verū

tam q̄a istū vnū deū q̄ sol⁹ est ver⁹ natura
lit deus ⁊ non patrē solum ⁊ neq; solum filiū ⁊
neq; solum spiritum sc̄m ⁊ h̄ siml̄ patrē et fili
um ⁊ sp̄m sc̄m eē dixim⁹. cauendū ē ⁊ ne sic pa
trē ⁊ filiū ⁊ spiritū sanctū vnū deū esse ⁊ quan
tum ad naturalem attinet vnitatem veraciter
dicimus. **S**ic eum qui pater est eundem vel fi
lium vel spiritum sanctum. **A**ut eum qui fili⁹
est. siue patrem. siue spiritum sanctum. **A**ut
eum qui spiritus sanctus proprie in confessio
ne huius trinitatis dicitur. vel patrem vel fi
liū personaliter dicere. siue credere qđ omni
no nephas ē audeamus. **F**ides enī quā sancti
patriarche atq; pphete ante incarnationē fili⁹
dei diuinit⁹ acceperunt. quā etiā sancti apol
tolī ab ipso domino ī carne posito audierūt et
spūs sancti magisterio instructi nō solū sermo
ne p̄dicauerūt. verū etiā ad instructionē salu
terrimā posterorū scriptis suis iditā relique
rūt. vnū deū predicat trinitatē id est patrē
⁊ filiū et sp̄m sc̄m. **S**ed trinitas vera si ess; si vna
eadēq; p̄sona diceret̄ pat̄ ⁊ fi ⁊ et spi ⁊ sanctus
Si enī sic ē pat̄s ⁊ fili⁹ ⁊ spūs sc̄i vna substā
cia. sic ess; vna p̄sona. nichil omnino esset
in quo veraciter trinitas diceretur. **R**ursus
trinitas quidem vera esset. sed vnus deus

trinitas ipsa non esset ⁊ siquemadmodum pa-
ter et filius et spiritus sanctus personarum
sunt abinuicem proprietate distincti ⁊ sic fu-
issent naturarum quoq; diuerſitate discreti
Sed quia in illo vno vero deo trinitas ⁊ nō so-
lum qđ vnus deus est ⁊ sed etiam qđ trinitas
est naturaliter verum est ⁊ propterea ipse ver⁹
deus in personis trinitas est ⁊ in vna natura
vnus est ⁊ Per hanc vnitatem naturalem to-
tus pater in filio et spiritu sancto ⁊ et totus fi-
lius in patre et spiritu sancto est ⁊ totus quoq;
spiritus sanctus in patre et filio est ⁊ Nullus
horum extra quemlibet ipsorum est ⁊ quia ne-
mo alterum aut precedit eternitate ⁊ aut exce-
dit magnitudine aut superat potestate ⁊ quia
nec filio ⁊ nec spiritu sancto quantum ad natu-
re diuine vnitatē pertinet ⁊ aut anterior aut
maior est pater ⁊ nec filij eternitas atq; immē-
ſitas velud anterior aut maior spiritus sancti
immenſitatē eternitatemq; aut precedere aut
excedere naturaliter potest ⁊ Sicut ergo nec
filij posterior aut minor est patre ita nec spi-
rit⁹ sanct⁹ posterior aut minor est filio. **E**ter-
num quippe et sine initio est qđ filius de pa-
tris natura natus exſtitit ⁊ eternum ac sine
initio est ⁊ qđ spiritus sanct⁹ de natura patris

filijq; procedit. **O**b hoc ergo tres vnum re-
te credimus et dicimus deum. quia vna pro-
sus eternitas. vna immensitas. vna naturali-
ter trium est personarum diuinitas. Tenea-
m⁹ igitur patrem et filium et spiritum sanctū
vnum esse naturaliter deum. neq; tamen ipsū
patrē esse q̄ fili⁹ est. nec filiū ipsū esse q̄ patrē
est. nec spiritum sanctum ipsum esse qui pa-
ter aut filius est. Vna est enim patris et filij
et spiritus sancti essentia. quā greci ο μ ο υ σ
i ο n vocant. in qua non est aliud pater. et ali-
ud filius. et aliud spiritus sanctus. quūvis per-
sonaliter sit alius pater. alius filius. alius
spiritus sanctus. **Q**uod nobis maxime in ipso
sanctarum scripturarum demonstratur initio
vbi deus dicit faciamus hominem ad imagi-
nem et similitudinem nostram. Cum enim di-
cit singulari numero imaginem. ostēdit vnā
naturam esse ad cuius imaginem homo fieret.
Cum vero dicit pluraliter nostrā ostendit eū-
dem deum ad cuius imaginem homo fiebat.
nō vnā esse personam. **S**i enim in vna
illa natura patris et filij et spiritus sancti vna
esset persona nō diceretur ad imaginem nos-
tram. sed ad imaginem meam. Rec dixiss;
faciam⁹. s; faciā. si vero in illis tribus personis

tres essent intelligende. vel credende substācie
nō dicere ad imaginem nostram. sed ad ima
gines nostras. **U**na enim imago trium natu
rarum inequalium esse non posset. sed dum
ad vnā imaginem vnius dei homo fact⁹ di
citur. vna sancte trinitatis essentialiter diui
nitas intimatur. **D**einde et paulo post pro
eo qđ superius dixerat. faciamus hominē ad
imaginem et similitudinem nostram. sic ho
minem factum scriptura narrauit vt diceret
et fecit deus hominem. ad imaginem dei fecit
eum. **H**anc trinitatem personarum. atq; vni
tatem nature propheta ysayas reuelatam sibi
notauit cum se dicit semphim vidisse claman
cia sanctus sanct⁹ sanct⁹ dominus deus saba
oth. vbi prorsus in eo qđ dicitur tercio sanct⁹
personarum trinitatem. in eo vero qđ dicitur
dominus deus sabaoth. diuine nature cognos
cimus vnitatem. **I**n illa igitur sancta trinita
te que ideo a nobis repetitur vt vstro cordi
teneacius infigatur vnus est deus pater. qui
sol⁹ essentialiter de seipso vnum filium genu
it. et vnus filius. qui de vno patre solus est es
sentialiter natus. et vnus spiritus sanctus
qui sol⁹ de patre filioq; essentialiter procedit
Hoc autem totum vna persona nō posset. id

est et gignere se. et nasci de se. et procedere de
se. Quia igitur aliud est genuisse q̄ natum
esse. Aliudq; est procedere. q̄ genuisse. vel
natum esse. manifestū est quomodo alius pa-
ter. alius filius. alius spiritus sanctus. Tri-
nitas itaq; ad personas patris et filij et spiri-
t⁹ sancti reuertitur vnitās ad naturā. Sicut
ergo secundū illā diuinitatē qua vnū sunt pa-
ter et fili⁹ et spirit⁹ sanct⁹. neq; patrē natū cre-
dimus. neq; spiritum sanctum. sed solum filiū.
Sic etiam secundum carnem solum filium na-
tum. catholica fides et credit et predicat. Ne-
q; enim in illa trinitate proprium esset soli⁹
patris quia nō est natus ipse. s; vnū filiū ge-
nuit. Neq; proprium solius filij quia non ge-
nuit ipse. s; de patris essentia nat⁹ est. neq;
propriū spirit⁹ sancti. quia nec natus est
ipse. nec genuit. sed solus de patre filioq; p-
cedit. **S**i secundum diuinam quidem natu-
ram deus pater de nullo nasceretur deo. Se-
cundū carnē tamen ipse nasceret de virgine
vna psona ess; pater et fili⁹. Ipsa autē vna p-
sona q̄q; p eo q̄a nō de deo s; tm̄ de v̄gine nas-
ceret. non dei fili⁹ s; tm̄ hoīs fili⁹ veracit dice-
ret. Ipse autē dei fili⁹ dicit. q̄a sic dilexit de⁹
mūdū vt filiū suū v̄nigenitū daret. et iterum

et iterum ⁊ non enim misit deus filium suum
in mundum vt iudicet mundum sed vt salue
tur mūdus p ipsum ⁊ nec beatus dixisset io
hannes ⁊ qui diligit genitorem ⁊ diligit eū q̄
natus est ex eo ⁊ nec ipse filius dixisset pater
meus vsq; modo operatur et ego operor ⁊ ipse
enim qui filius dicitur ⁊ si idem esset et pater
non veraciter dei filius diceret qui non de deo
sed de sola virgine nasceretur ad extremum
nec ipse pater de celo testaretur et suū corpo
rali voce filium demonstraret dicens hic est fi
lius me⁹ dilectus in quo michi complacui ⁊ apos
tolus quoq; nō dixisset de deo patre qui prop
rio filio non pepercit sed pro nobis omnib⁹
tradidit illum. **S**ed quomodo ista omnia ⁊ di
uinitus ad nostram doctrinam dicta sunt ⁊ et
quia diuina dicta sunt vtiq; vera sūt ⁊ verū est
quia fides catholica predicat ⁊ et secundū diui
nitatem de patre natum esse solum filiū eter
num cum patre immortalē impassibilem atq;
incommutabilem deum ⁊ et secundum carnē nō
patrem sed vni genitum eius filium salua eter
nitate sua temporaliter natum ⁊ salua impassi
bilitate sua passum ⁊ salua immortalitate sua
mortuum ⁊ salua incommutabilitate qua deus ve
rus et vita eterna est veraciter suscitātū qui

totum habet commune cum patre ⁊ qđ eternus
naturalit sine incio habuit ⁊ et nichil habet co
mune cum patre eorum que in suam personā
temporaliter atq; humiliter ille eternus et ex
cellus accepit. si uisus si non ille qui propri⁹
atq; vnigenitus dei patris fili⁹ est ⁊ h̄ spirit⁹
sanct⁹ nasceret ex uirgine ⁊ nisi ipsū qđ fact⁹ ē
ex muliere. **F**act⁹ sub lege ⁊ natū de spū s̄cto
ex v̄gine maria in symbolo acceptū ⁊ et corde
ad iusticiā credere ⁊ ore ad salutē sancta cōfi
teret ecclesia. **S**⁹ ⁊ si ipse spiritus sanctus qđ
patris ⁊ filij spirit⁹ est formam serui accipe
ret ⁊ nisi ipse spiritus super seipsum hominē
factū in columbe specie celitus adueniret. **P**a
ter igitur deus ⁊ de nullo genitus deo ⁊ semel
de sua natura sine incio genuit filium deum
sibi equalem ⁊ et eadem qua ipse naturaliter
eternus est. diuinitate coeternum. **¶** **D**ed idē
deus filius cum sit deus eternus et uerus cū
patre secundum diuinitatem naturaliter vnus
de⁹ secundū qđ dicit. **E**go et pat̄ vnū sumus
idē p̄ nobis homo fact⁹ est uer⁹ et plenus. **I**n
eo uerus ⁊ quia uerū habet de⁹ ille humanā na
turā. in eo uero plen⁹. q̄a et carnē humanā sus
cepit. ⁊ animā racōnalē. **I**dē tū vnigenit⁹ de
us scđo nat⁹ ⁊ semel ex patre semel ex matre

Natus est enim de patre deus verbum nat⁹
est de matre verbū caro factum. **U**nus igitur
est atq; idem deus dei filius. natus ante secula
natus ī seculo. **E**x vtraq; natuitate vnus de⁹
filius dei. diuina secundum quam creator. in
forma dei coeternus patri deus est. humana
secundum quam semetipsum exinaniēs ⁊ for
mam serui accipiens. non solum in conceptu
materni vteri semetipsum. dum homo fieret
eadē seruilis forme susceptione formauit. ve
rum etiam de eodem matris vtero idem deus
homo factus exiuit et in cruce idem deus ho
mo factus pependit. et in sepulchro idem de⁹
homo factus iacuit. et ab inferis idem de⁹ ho
mo factus die tercio resurrexit. sed ī sepulchro
secundum solam carnem idem deus iacuit. et
in inferno secundum solam animam descendit
quia de inferis ad carnem die tercio reuer ten
te rediit idem deus secundum carnem qua in
sepulchro iacuit de sepulchro resurrexit. ⁊ qua
dragesimo post resurrectionem die idem de⁹
homo factus ī celum ascendens in dexteram dei
sedet. **U**nde in finem seculi ad iudicandos
vivos mortuosq; venturus. Verbū ergo caro
factum. vnus est filius dei domin⁹ ihes⁹ cris
tus mediator dei et hominum. **I**dcirco autē

mediator quia idem de⁹ atq; homo verus ha-
bens cum patre vnā diuinitatis naturam. et
humanitatis vnā cum matre substantiam
Habens ex nobis vsq; ad mortem iniquitatis
nostre penam. **H**abens incommutabilem de deo
patre iusticiam. **P**ropter nostram iniquitatē
temporalit^r mortu⁹. **P**ropt^r iusticiā suā et ipse
vīu⁹ semp^r et immortalitatē mortalib; largitu-
rus. **Q**ui perfectā quidē humanitatem suā in
ipsa diuinitatis sue perfectione seruauit. **V**e-
ritatem vero mortalitatis sue per suscepcone
mortis. veritate atq; incommutabilitate sue
immortalitatis absorbit. **H**oc est qđ testat^r
beatus petrus. quia cristus deglutit mortē
vt vite eterne heredes efficeremur. **¶** **B**eat⁹
quoq; paulus docet quia cristus mortem de-
glutierit. illuminauerit autem vitā et corrup-
cionem. **¶** **C**ristus igitur mortem gustauit qā
verus homo est. idemq; mortem deglutit
quia verus deus est. **¶** **I**dem quippe sicut apos-
tol⁹ dicit crucifix⁹ ē ex infirmitate nostra. vn⁹
atq; idem qđ secundum pphēciam beati dauid
et homo fact⁹ ē i syon et ipse fundauit eum al-
tissimus. **I**taq; nec diuinitas cristi aliena est
a natura pātis scđū id qđ i pncipio erat vbu
et verbum erat apud deū et deus erat verbum

hoc erat in principio apud deum omnia per
ipsum facta sunt et sine ipso factum nichil. nec
humanitas eius aliena est a natura matris. se-
cundum id quod verbum caro factum est et habi-
tauit in nobis. **I**lla enim natura que semper
genita manet ex patre. naturam nostram sine
peccato suscepit ut nasceretur ex virgine. **P**e-
r quod enim natura eterna atque diuina temporali-
ter accipi et temporaliter nasci ex natura huma-
na ullatenus possit nisi secundum suspensionem
veritatis humane veram temporaliter conceptionem
atque natiuitatem ineffabilis in se diuini-
tas accepisset. **S**ic est deus eternus ac verus
veraciter secundum tempus et conceptus et natus
ex virgine. **D**um enim venit plenitudo tempo-
ris. misit deus filium suum. factum ex muliere
factum sub lege ut eos qui sub lege essent redi-
meret. ut adoptionem filiorum reciperemus
illo scilicet deo facto naturaliter filio hominis
qui vnus est naturaliter filius vnigenitus dei
patris. **H**oc utique iohannes euangelista
confirmans postquam dixit et verbum caro factum
est et habitauit in nobis subsequenter. et vi-
dimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a
patre plenum gratie et veritatis. **S**ic ille om-
nium spirituum omniumque corporum. id est

omniū naturarū creator et domin⁹ creauit vir-
ginem creandus ex virgine et cuius ipse fac-
tor est matrem sibi fecit et quando de eius car-
ne concipiendus atq; pariendus veram mate-
riam carnis deus immensus ac sempiternus
accepit. vt et secundum veritatem forme ser-
uili. de⁹ homo misericordiē fieret. et secundū
formā dei naturali veritate idē de⁹ homo pma-
nens nō careret. **S**ic ergo cristū dei filiū id
est vnā ex trinitate psonā deū verū crede. vt
diuinitatē ei⁹ de natura p̄is natā eē non dubi-
tes. **E**t sic eū verū hominē crede vt ei⁹ carnē
nō celestis. nō aerie. nō alterius cuiusquā pu-
tes esse nature. s; ei⁹ cui⁹ est omniū hominū
carno idest quā ipse deus homini p̄mo de terra
plasmauit et ceteris hominib; plasmat. quos
p̄ ppagationē ex hominib; creat. **S**; licet ca-
ro cristi et omniū hominū vni⁹ eiusdēq; nature
sit. **H**ec tam quā de⁹ verbū ex maria v̄gine si-
bi vnire dignat⁹ est. sine peccato accepta sine
peccato nata est. v̄tpute secūdu quā de⁹ ei⁹
et iust⁹ misericordiē et accept⁹ et nat⁹ ē. et dñs
glorie crucifig⁹ est. **Q**uibo autē verbis explica-
bi⁹ carnis illi⁹ excellencia singularis. cui⁹ di-
uina est ex ipsa sui concepōne persona cuius
origo natiuitatis insolita. qua sic verbum

caro factum est vt vna persona esset cum carne sua vnigenitus ac sempiternus deus ipsa sue carnis conceptione conceptus. **I**stam vero ceterorum hominum carnem per humanam certum est nasci concubitu. viro seminate femina vero concipiente atq; patiente. **E**t quia dum sibi inuicem vir mulierq; miscent vt filios generent sine libidine non est parentum concubitus. ob hoc filiorum ex eorum carne nascencium non potest sine peccato esse conceptus vbi peccatum in paruulos non transmittit propagacio sed libido. nec fecunditas nature humane facit homines cum peccato nasci sed fecunditas libidinis quam homines habent ex illius primi iustissima cōdempnacione peccati. **I**deo beatus dauid quous de legitimo nasceretur iustoq; coniugio in quo scilicet uec infidelitas culpe nec fornicacionis macula poterat inueniri. **P**ropter originale tamen peccatum quo naturaliter obstricti filij sunt ire non solum impiorum filij sed omnes etiam qui de iustorum sanctificata carne nascuntur exclamat et dicit Ecce enim iniquitatis conceptus sum et in delictis peperit me mater mea. **S**anctus etiam iob dicit mundum a sorde non esse hominem nec si vnus diei sit vita eius super.

terram. **D**eī ergo filius vniġenitus qui est in
finu patris vt carnē hominis animamq; mū
daret. **S**uscepcione carnis atq; anime racio
nalis incarnatus est. et qui est deus ver⁹. ho
mo verus factus est. non vt alter deus esset
alter homo. sed idē deus idē homo. q̄ vt
illud peccatū qđ in concubitu mortalis carnis
generatio humana contraxit auferret concep
tus est nouo more de⁹ incarnatus ī matre vir
gine. sine coitu viri. sine libidine concipien
tis virginis. vt per dominum hominem. quē
absq; libidine cōceptum inuiolatus edidit vir
ginis vter⁹ ablueretur peccatum quod nascē
tes trahunt omnes homines. **Q**uibus in cor
pore mortis huius talis est nascēdi condicio
vt matres eorū fecunditatis opus implere
non possint. nisi prius virginitatem carnis
amiserint. **S**olus igitur abstulit peccatum
conceptionis atq; natiuitatis humane. **D**e⁹
vniġenitus qui dum conciperet. veritatē carnis
accepit ex vġine. et cū nascēret itēgitatē vġini
tatis seruauit ī matre. **I**sta causa ē qđ de⁹ fact⁹
fili⁹ virginis marie. et maria virgo mater
facta est vniġeniti dei. vt quem pater genuit
ex eternitate. ipsum virgo conceptum profer
ret in tempore. **I**lla vtiq; virgo quam deus

qui de ea fuerat nasciturus ita singulari gra-
cia preuenit atq; repleuit vt ipsum haberet
ventris sui fructum quem ex initio habet vni-
uersitas dominum ⁊ et ipsū sibi videret nascē
di solemnitatem subsidium quem in vnitatem pa-
terne substantie ⁊ non solum humana sed etiā
angelica creatura cognoscat et adorat altissi-
mum. **H**ic ergo peccatū et pena que per sce-
lus corrupte mulieris intrauit in mundum p-
inuiolatū virginis partum auferetur a mundo
Et quia in odicione generis humani per mu-
lierem que de solo viro facta est ⁊ contigit vt
mortis vinculo teneremur obstricti ⁊ hoc in re-
demptione humani generis diuina bonitas
egit vt per virum qui de sola muliere natus ē
vita hominibus redderetur. **I**lluc humanam na-
turam nequissima deceptione sibi diabol⁹ in
peccati similitudinem sociauit ⁊ hic de⁹ huma-
nam naturam in vnitatem persone suscepit. **I**bi
femina decepta est vt fieret filia diaboli. **H**ic
virgo gracia repleta est vt fieret mater summi
atq; incommutabilis vnigeniti dei. **I**bi angel⁹
deiectus per superbiam ⁊ seducte mulieris ani-
mum obtinuit. **H**ic deus humiliās se per mi-
sericordiam incorrupte mulieris virginis vte-
rum ex ea nasciturus impleuit. **¶ Deiemini**

filius ihesus cristus qui in forma dei qđ erat
nisi natura patris natus esset et esse non poss;
Ipse scđdum apostolicā doctrinam semetipsū
exinaniuit formam serui accipiens. **F**ormam
ergo serui idest naturam serui ī suam accepit
deus ipse personam. ⁊ atq; ita hominū factor
in similitudinē hominū fact⁹ habitu ⁊ inuent⁹
vt homo. ⁊ **I**pse humiliavit semetipsū. factus
obediēs patri vsq; ad mortē mortē autē cru
cis. **I**ntēde igit̃ hāc apostoli sententiā. cogita
et in ea cognosces quomodo dominum ihe
sum cristum eundem deum atq; hominem cre
das. ⁊ nec tamē in eo veritatem vtriusq; natu
re ī vna psona aut confundas aut diuidas. **C**ū
ergo pmo audis de domino ihesu cristo qā in
forma dei erat. **O**portet te agnoscere firmis
simeq; tenere in illo forme nomine naturalē
plenitudinem debere itelligi. **I**n forma igit̃
dei dominus ihesus cristus erat. quia in natu
ra dei patris semper erat de q nat⁹ erat **U**ni⁹
ergo nature cum patre est. equaliterq; cū eo
sempiternus atq; immens⁹. equaliter immor
talis et incommutabilis. equaliter inuisibilis
et inenarrabilis. equaliter bon⁹ et iust⁹. equa
liter miserator et misericors paciens ⁊ multū
misericors et verax. equaliter fortis ⁊ suauis

equaliter sapiens atq; omnipotēs. **P**ro inde
hec omnia que diximus de dei filio firmissia
fide retinens qui hec utiq; omnia in vnitatem
nature habens cum patre sine dubio equalis ē
patri. **P**ropter qđ et apostolus cōtinuo ad
iungens ait. non rapinam arbitratus est esse
se equalem deo. **N**on enim rapine fuit illa si
lij cum patre diuinitatis equalitas sed nature
etiam illa quam consequenter subiungit apos-
tolus dicēs. quia semetipsam exinaniuit for-
mam serui accipiens in similitudinem homi-
num factus. et habitu inuentus vt homo. et
quia humiliavit se factus obediēs patri vsq;
ad mortem mortē autem crucis. **O**mnia hec
de illo deo vnigenito dei filio. verbo deo de quo
dicit euangelista. **I**n principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus erat verbū
de illa dei virtute. deiq; sapiencia de qua deo
dicit. omnia ī sapiēcia fecisti. **D**e illo p̄cipio
cum quo vnum est pater ipse principium. et ī
quo sibi coeterno fecit celum et terram idest
omnem spiritalem corporalemq; naturam de
deo vnigenito q̄ est in sinu patris vt dixi om-
nia hec personaliter accipe. salua tamen eter-
nitate. immensitate. immortalitate. incommu-
tabilitate. inuisibilitate diuinitatis eius. que

ita naturaliter et equaliter cōmunia cum deo
patre habet deus filius. vt licet homo pro no
bis fuerit veraciter factus. permanferit tamē
equalis vtro patri de quo natus est verus et
veritas deus. ¶ **S**emetipsum igitur exinani
uit. sed de plenitudine eius nos omnes acce
pimus. ¶ Quam plenitudinem si exinanius
amitteret. qđ de ea nobis daret vtiq; nō ha
beret. ¶ **E**odem autem non habente. nos pro
cul dubio nichil possemus accipere. De ple
nitudine autem eius nos omnes accepimus
¶ **E**x eo autem quo nobis de plenitudine sua de
dit. ¶ **O**stendit etiam cum se exinaniuit. ple
nitudinem non amisisse quam habuit. quia
si plenitudinem suam amitteret. dare de illa
nullatenus posset. ¶ **F**ormam ergo serui ac
cepit. ¶ **R**eq; enim aliud fuit illa dei summi
exinancio. nisi forme seruilis. idest natu
re humane conceptio. ¶ **U**traq; est igitur in
cristo forma. quia vtraq; et vera et plena est
in cristo substantia. ¶ **D**eus sanctus euange
lista plenum eum gracie et veritatis prediat
quia in diuina natura in qua deus veritas est
plen⁹ est. et in humana natura in qua homo ve
r⁹ gracia fact⁹ plen⁹ ē. ¶ **I**n illa plenitudie de⁹
est. in forma dei eq̄lis deo in vita plenitudine

seruus in forma serui ⁊ quia ī similitudine ho-
minum factus ⁊ habitu inuentus vt homo. **E**x-
inaniens ergo semetipsum ⁊ formam serui ac-
cepit vt fieret seruus ⁊ sed forme dei plenitu-
dinem non amisit in qua semper eternus est
atq; incommutabilis dominus ⁊ factus secundū
formam serui homo verus eiusdē nature cui⁹
est ancilla mater ⁊ et manens in forma dei de⁹
verus eiusdem nature cuius est etiam domin⁹
pater in forma dei cum patre ⁊ spiritu sancto
Unus est solus formator omnium deus secun-
dum formam serui solus ipse sua et patris ⁊
spiritus sancti operatione formatus quia cre-
ator est omne habens naturaliter cum patre
et spiritu sancto quia autem creatus est sol⁹
habens personaliter in seipso ⁊ Cuius et nati-
uitatem futuram secundum carnem et mortem
et resurrectionem atq; in celo ascensionē lex
et prophete pronunciarē nūq̃ destiterūt pro
vt ipse precipiebat obediētes ⁊ verbis et fac-
tis. **N**am et in sacrificijs carnalium uictima-
rum que sibi ipsa sancta trinitas que vnus ē
deus noui ⁊ veteris testamenti a patribus nos-
tris precipiebat offerri illius sacrificij signi-
ficabatur gratissimum munus ⁊ qđ pro nobis
seipsum solus deus filius secundū carnem ess;

miseriçordiit oblatu^r. Ipse enī secū^dum apol
toliā doctrinā obtulit semetipsū p nob obla
cionē ⁊ hostiā deo ī odorē suauitatis. ipse ve^r
de^r ⁊ pōtifer q̄ p nobis nō ī sanguine tauroz
⁊ hircorū ⁊ sed ī sanguine suo semel introiuit
in sancta ⁊ qđ tunc pontifer ille significabat q̄
cum sanguine in sancta sanctorum per ānos
singulos introibat. ¶ Iste igitur est qui in
se vno totum exhibuit ⁊ qđ esse necessariū ad
redempcionis nostre sciebat effectum. ¶ Idem
scilicet sacerdos et sacrificium ⁊ idē de^r et tem
plū. Sacerdos p quē sum^r reconciliati ⁊ sacri
ficiū q̄ recōciliati ⁊ de^r cui reconciliati ⁊ templū
q̄ recōciliati. Sol^r tamē sac^rdos sacrificiū ⁊ tem
plum. Et hec omnia de^r secū^dū formā serui
nō autē sol^r de^r ⁊ q̄a hoc cū patre ⁊ cū spū scō
scđm formā dei recōciliati sum^r igit p solū fi
liū scđm carnē. q̄ nō soli filio scđm diuinitatē.
tñitas enī nos sibi rēcōciliauit p hoc qđ solū v
bū carnē ipsa tñitas fecit in q̄ sic veritas inco
mutabilis manet humāe diuineq; nature ⁊ vt
hic vera semp ē ei^r diuinitas quā de patre inco
mutabilē habet ita vere semp atq; incommuta
bilis ei^r humanitas sit quā sibi mittā sūma
diuinitas gerit. Nec pauca de fide sancte tri
nitatis ⁊ q̄ solus et verus est naturaliter deus

quantum breuitas temporis et sermonis pmi
sit inferui. **N**unc de creatura quid absq; du
bitatione credere debeas intualo.

Primapaliter itaq; tene omnē naturā
que nō est trinitas de⁹ ab ipsa sancta
trinitate que sol⁹ verus et etern⁹ de⁹
est creatam ex nichilo. **A**c sic vniuersa ī celis
et ī terra. visibilia et inuisibilia. siue tronos
siue dominaciones. siue principatus. siue po
testates opus atq; creaturam esse sancte
trinitatis. que est vnus deus. rerum omniū
creator et dominus eternus. omnipotens et
bonus habens naturaliter vt sit. et vt mutari
aliquando nō possit. **E**t hic de⁹ qui sine in
itio semper est quia sūme ē dedit rebo a se crea
tis vt sint. non tamen sine initio quia nulla
creatura eiusdem nature est cuius est trinitas
vnus et verus. et bonus de⁹. a quo creata sūt
omnia. et quia summe bonus est dedit omnibo
naturis quas fecit vt bone sint. non tamen
tantum bone quantum creator omnium bonoz
qui non solum summe bonus. sed etiā sūmum
atq; incommutabile bonū est. quia eternum
bonum est nullum habens defectum. nullum ha
bens profectum quia non habet initium. **I**deo
quippe nature a deo facte pficere possūt. quia